Medicina diastatica; : hoc est, Singularis illa et admirabilis ad distans, & beneficio mumialis transplantationis operationem & efficaciam habens, quae ipsa loco commentarii in tractatum tertium De tempore seu philosop. D. Theoph. Paracelsi, multa, eaque selectissima abstrusioris philosophiae & medicinae arcana continet ... / Andreae Tentzelii.

Contributors

Tentzel, Andreas, active 1625

Publication/Creation

Jehnae : Sumtibus Johannis Birckneri, 1629.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/t4bc6a7q


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org











65845/A

The Library of the Wellcome Institute for the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY


OF

LONDON

DEPOSIT

Accession Number

Press Mark



BRITISH MUSEUM

S RI

bili

TR

Mu

MEDICINA DIA-STATICA.

hoc est

SINGULA-RIS ILLA ET ADMIRA-

mialis transplantationis operationem & efficaciata habens,

LQCO COMMENTARII

pore seu Philosop. D. Theoph. Faracelsi,
Multa, caqve selectistima abstrusiocis philosophia & Medicinæ arcana continet

Opera & Studio,

ANDREÆ TENTZELII

Philosoph, & Med. D. Archiatri Schwartzburgici.

JEHNÆ Sumtibus JOHANNIS BIRCKNER I Bibliop. Anno 1629. Perilustribus ac Generosis
Comitibus ac Dominis
Dn. GUNTHERO,
Dn. ANTHONIO HEINRICO
Dn. JOHANN GUNTHERO
Dn. CHRISTIAN GUNTHERO
FRATRIBUS GERMANIS

S. S. Rom. Imp. Qvadrumviris Comitibus in Schvvarizb. & Hohnstein,

Dominis in Arnstad, Sondershusa, Leutenberg, Lohra & Clettenberg &c.

Dominis suis Gratiosissimis.

In perpetuæ observantiæ

dat, dicat, dedicat,

Cùm Metaphrastes, tum Author.

INDEX

I. Ca

İL

III

IV.

VI.

VI

VII

112



INDEX CA-

TRACTATUS Primi.

I. CAP. QVID SIT MIIMIA, itemq, inde extructa Transplantatio.

I I. De differentiu Ejusdem.

III. De Extractione Mumiæ Aereæ corporis ex interceptione respiratiotils occiss.

IV. De Mumia Spirituali Corporis vivi.
microcosmici.

V. De Fundamento Extractionis Muiniæ Spiritualis, ejusque Magnetis.

VI. Processus Extractionis Mumiæ Spiritualis.

VII. Generalis doctrina de usu hujus Spiritualis mumiæ.

VIII. DeCæli ad quasvis prædictarum operationum species favore.

A 3

De Tem-

INDEX.

IX. De Tempore ad operationes propositas calitus destinato.

X. De Usu Mumiæ Spiritualis in Speciez degz fundando amore inter duos Mares.

XI. De hostibus inter fe placandis.

XII. De simia & Angve ut mire in gratiam redeant, ut & alia animantia natura dissidentia.

XIII. De mutuo Amore inter Conjuges.

XIV. De Operatione Antipatbiæ.

XV. De Cura leteritie.

XVI. De Hydrope.

XVII. De Pleuritidis & Apostematum in teriorum curatione sympathica.

XVIII. De Febribus Magnetice curandis.

XIX. De Hepute, splene cerebro pulmonibus oppilatis.

XX. De Artbritide.

XXI. De podagra & catarrho.

XXII. De ulceribus & vulneribus,

XXIII, De Herniosis,

De flu-

XX

XX

XX

XX

XX

ma

deg

& n

con

cre

INDEX.

XXIV. De fluxionibus salsis dentium & ocu-

XXV. De profluvio & retentione menstrui.

XXVI. De phtysi & Hectica.

108

Iti-

XXVII. De singularum partium ariduris.

XXVIII, De arcenda sterilitate adimendaça facunditate; ut & de robore aliqui detrahendo, & alteri communicando, in hominibus & cateris animantibus.

TRACTATVS II.

CAP. I. & Ultimum.

DE ratione naturali Arboris

cognitionis seu scientiæ boni &

mali; nec non Arboris vitæ & mortis;

deque Transplantatione Astronomica

& mystica, simulá; jucunda & plena

consolatione interpretatio magni se
creti; concordantiæ scilicet Cabalisticæ

Arboris vitæ & mortis, Christi

& Adami.

A 4

PRÆ-

100

17710

06/2

智製

9401

fiatt.

ad n

(With)

7236

AEO

bue

titu

bano

Ror

(977

排物

970

tobi

(co)

In

jud

flig4

PRÆFATIO ad Lectorem.

Es profecto ardua est, & profundæ considerationis, Lector amice, DEUM misericordia, & parentem omnis ejus, qvod Filij nomen meretur, divitem illam scientiarum gratiam, & inter illas etiam ejus, que nature mysteria concernit, nobis Christianis, qvibus tamen promissum dedit : qvod si verbo suo fidem baberemus, eadem simus operaturi, que ipsemet, dum inter homines versaretur Joh. 14. imò majora, qvo ipso antiquos philosophos multis parasangis antecelleremus; penitus veluti derogare & intercipere. Quam causam subesse putas? Nullam ego aliam, quam quod nec DEUM, nec nosmetipsos recte, id est, cum comprehensione agnoscamus. Qvod sienim DE I talem tognitionem haberemus: nec fides tantopere in nobis de-

bis desideraretur; nec fidei proprium; Qvin imo fructu fidem abunde declararent, inque obsequium duceremus omnes Creaturas, & nullus inveniretur morbustam contumax aut gromodocung, difficilis, qvin extra prædeftinationem illam divinam, vel ad panam vel ad mortem, certis remediis veluti xepoir 9 Ewu summa cum felicitate es pisolojuws averruncari poffet. Ovemadmodum enim plage Algyptia Filiis ffrael non nocebant, ita adhuc dum Jeónveusoi, dum consentiente spi. ritu à morbis immunitatem peterent, eam baud dubie assegverentnr. Juxta dictum Roman. 8. In omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Item. Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum; & omnia, que in mundo sunt. Et Luc, 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. In pietate scilicet & Methodo ad cordati eujudam Medici symbolum. Omnu morbi profligandi prova & puppis; Vera-

te

M

緩,

(i=

14,

i-

rod

THE .

nes

plo

te-

24-

4178

105-

ione

oni-

110-

de-

Veracem fecit probitas, natura fagace, Officio fungor, cum pietate, meo

Porrò si nostri cognitione essemu præditi, nullus tam profundus scientiarum terrenarum abyssus effet, nec qvicqvam tantis præclarum faftigiis, ad quæ vel intellectus vel manus nostra non longe melius adspirarent. Uno verbo: In DEI & noftri cognitione, omnis sapientia, tam que celestia, quam que terrena respicit,

penitus sita.

De primo illo gromodo cuivis satisfiat, eog. egeno piè consulatur, Theologis non immeritò, άλλοτειούπισκοπεντας odio habens plus qvam vatiniano, relinqvo. Tantummodò illi non, tanquam ἀσύμβολοικ ετεράπεριτοι, ceu tamen nonnulla eorum pars solet, nimis vulgari modo per babituales illas exercitationes in Academicis quibudam congressibus usitatas ea in re sint occupati, caterum vero destituti precibus, Spiritum & veritatem præ se ferentihus, nec non contra præceptum Jacobi 2, Ostende mibi fidem ex operibus tuis; Veluti

Velutivasa maxime tinnientia, interiminania, luce vite sue vere Christiana carentia. Qvin potius iis omnibus ubivis instructissimi incedant, & cum reliquis Christianis studeant-comprehendere DE IIM, Non fint contenti, curiositate scientie, tota sed cura fru-Etui intenta sit. Non enim in cognitione fides est, sed in comprehensione. Non autem Disputatio comprebendit, sed sanctitas; anhelando interea remis velisq, quantum DEI gratia concedit ad Magiam illam Theoricam (non Goetiam aut Nigromantiam intelligo) puta que omnem juxta paginam absolveret, tucemg, penetrandi ad S. S. scripture, verbig, divini mysteria accenderet splendidissimam; quá demum ipsa prælibatis operibus, & toti luburgia vere Theologica fastigium felicissime imponeretur. De gro videatur Paracelsia philosophu sazacissimus, no vai Jesa Degi-Zwv de occulta philosoph pag. mihi 340. nec non vere mysticus tractatus de manifestatione Majest. div. paucu ab hing annis in publicum emissus, Alte-

14

bil

H

tu

100

90

(11)

fid

(4

14

4

tg

18

Alterum qvod attinet : necesfarium est verè de calo transmissum illud wast ofau-Tov ad dignum usum revocare. In eo enim qvicqvid superior ille titulus vel non tangit, vel non perficit, nominatim, quà vere dectum Medicum reddat, penitus confistit. Homo enimQvintum effe totius mundi machine eft; imo Centrum, in quod omnes Sphara Natura radios suos infundunt, Microcosmus & compendium totius Natura, Mundi miraculum, Terra Philosophia & Astronomia, cujus massa opificium tanti artificij, quod nec Diabolus absg stupore tremoreg intueatur; Limbus ejus philosophorum lapis dicitur, qui rerum omnium creatarum in Calo & Terra, solis, Lune omniumg, corporum totius firmamenti naturam & proprietatem, veluti pantaura omnium lapidum, continet; aded ut non sine causa nova lex, Templum DEI, membra DEI, corpus Christi & mansio Spiritus Sancti dici Gesse præ cunctis animantibus aut creaturis aliu mereatur. Et quis dubitet Christum, calestem,

cælestem, πάντων ὑπέρτωζον Regem non nobilissimam habitaculi sui materiam elegisse?

Hæc ipsa nimirum cognitio non haminis tantùm exteriorem siguram, non vulgarem &
localem anatomiam; sed illam essatam reqvirit, & eatenus objectum habet mundum
cum omnibus suis partibus & particellus considerabilem, Spiritum mundi, verè virtutum
cælestium aurigam, mentemá, hominis mirandarum rerum Reginam adeog, divinam
astrorum concordantiam, virium item virtutuma Macro-& Microcosmi, & qvæcunqve
in hoc invisibiliter, in illo verò ceu prolixiore
exemplari visibiliter & Magicè conspicienda
persiciendag, veniunt.

Ideog, qvicung, secretioris Natura cupidus es, & Astric imperare dicamve scribere secundum illud Sapiens dominabitur astris, tibi arrogas, Teipsum prius excute, in Te descende, & videbis qvibus non ignorantia tenebris tenearis, tecumg, maxima non ad magnum magna Natura exemplar philosophantium turba; A7 Qvam

lici

116

Qvam verò nominatim! philosophia naturali, vera Medicinæ basi & sundamento incognità) manca & impersecta Medicina sit; qvam denig, remota ab illo fastigio, qvo in primitus à DE O condita, Adamo Patriarchis ipsig, Salomoni & Apostolis concessa.

dam

tical

Filor

mira

dim,

abdit

MIOTH

970TL

preci

prafer

à \$10

Audit

ergo,

fere s

Pix (

Jucan

tem j

Hivi

fw.

buju

TARRE

Prodeat enim in boc seculo, quo tamen summam Artium & scientiarum axuw parum scite, imò plu quam thrasonice gloriantur, prodeat quidam, qui ex ipso Nature fignato tam exacte ovojeale svoy ad intimas usque rerum singularium proprietates cum Adamo possit. Qvi omnia crescentia indiscriminatim in cibum & nutricatum cum ipfo assumere impune queat; Qui cum Patriarchis aliquot centum annos vitá expleat suá; Qvi cum salomone vires herbarum novisse audiat à Cedro Libani usque ad Hyssopum; Qui colocynthida simplieis cujusdam rei mixtura, ab ingratiu veneni & amaritudinis prorsus vindicet, ut vel maxime hic illud Syvacidis locum babeat; cunctas res cognitione & explicatione esse difficiles.

14-

Ma

1774

970

11-

613

16-

11-

1-

11.55

118

Cri-

ip/a

ua;

se

W 5:

114-

inis

Sp-

one

2111

Cum verò aduvapias huju præterprofundam creatoris sapientiam non minima particula & causa sit : grod (junta to ann fus Leiov cognosce Teipsum) non subjectum illud mirabilitatis, secretioris Natura paranymphus, puta Mumia bominis Spiritualis, indeg abdita illa Transplantationum & Magnetismorum extruenda mysteria intelligantur, quorum non varò in desperatissimis morbis præclarissimus existit usus, Ecce qua ea de re præsens exhibet Tractatulus plurima, arbitror à Ziouvnuoveula, nec forsan visa antea, nec audita uspiam. Quem iccirco rari argumenti ergo, tum etiam ut meum Medicinam jam fere universali honoris & fama morbo, quod vix catarrhum ad Methodi leges cito, tuto, jucunde, vincere possit, lethaliter decumbentem juvandi & recreandi studium, pro virili cuivis probarem; Quo fine etiam Theophra-Aus in libello de origine scientiarum partem bujus dostrina, qvamvis duntaxat aneggios tangit, publici juris facere & volui & debui. Sigvid

Si quid sinistri tecum cogitas, Lector Medice, forsan, quod Galenus ea de re nihil; ejusdem quaso sententiam 6. Meth. Med. consideres: Medendi Methodum, non solum posse invenire meliora medicamenta, quam prius suerint;

sed & universum curationis modum.

honesti, omnia utig, dicta factag, hic non niste pura Tibi, imò ipsomet clavo, qvod ajunt, erunt puriora; Si sceleratus, tuo malo issies, mea hoc nihil refert aut interest. Bona hac omnia sunt, (licet non Delphica omnia) in bonum & laudabilem usum si convertuntur'; mala sient mali, non suamet culpà, à qua sortis improbitate nec optima qvaq, immunia. Si qua tamen suerint, qua aut excusationems aut explicationem, aut desensionem merebuntur, & ego & Tu, scias, sapientiores & paratiores erimus cum tempore. Vale.

TRA-

000

DE

nof

Me

qva

pol Cro

die

TRACTATVS I. CAP. Primum.

le,

em

es:

ire

by iff nt,

es,

oct.

175

17;

07-

16.

2978

16-

6

DE MUMIA QVID SIT, ITEMQVE ejus extructa Transplantatio.

Um de Mumia jam Tractatum re ipsa sumus auspicaturi, operæ pretium duco, tradere priûs quid communiter per Mumiam intelligatur, & qvid nostra Mumia sit hoc in loco:

Communis pharmacopœorum & Medicorum chorus sub eo nomine

quatuor denotare solet:

Primò Arabum Mumiam, qvæ compositio qvædam est ex Aloë, Myrrha,
Croco & Balsamo, qvå cadavera condiebant, deinde aliqvantulo post tempore ex sepulcris eximebant cum sanie,
qvæ ex cadavere exudaverat, servabantqve in usum medicum.

Sic

Sic enim Rhases inquitin suis synonymis: Mumiares est, qua invenitur in terris ubi mortuorum corpora Aloë condiuntur, à qvibus humor mortui sum aloë mixtim resolvitur. Hunc sequutus est, ejus interpres Serapio cap. 283. ita scribens: Mumia sepulcrorum cum Aloe & myrrha, & qvid admiscetur eis ex humiditate corporis humani.

Secundo defertur quædam Mumia ad nos ex Agypto, ea non ex Aloe & Myrrha condimentum est corporum, sed ex Asphalto. Ut enim illis nempe Croco, Aloë, Myrrha nobiles utuntur, qvorum tamen corpora effodere capitale esse Scaliger refert; Ita plebeios hoc, scilicet Asphalto adversus corruptionem corpora consvevisse munire, strabo Author est.

Tertio; cum verò easdem huic virtutes tribuant, quas Dioscorides Pissasphalto, idem q; efficere dicant qvod per-

mixtum

mix

qve

olco

pice

ton!

regi

gion

fytte

caut

ram

luti

flagi

cun

torr

12, 2

Spec

CUD

tur

nbi

& R

mixtum pici bitamen; interea verò neqve vera Mumia, neque, nisi rarò, Dioscoridis pissasphalton habeamus, ex pice bitumine permistam pissasphalton factitiam pro Mumia venditant.

oë

12

8

mi

00

11,

05

Nª

Qvartò: Insuper ex Hammoniorum regione, qvæ est inter Cyrenarum regionem & Alexandriam, ubi arenarum syrtes ventorum turbine sublatarum in cautos viatores obruunt, sicé; arenarum qvasi collibus & montibus obvoluti & sepuiti, indeqve admodum cito stagrante solis æstu torrentur & exarescunt, Carnes cum humanis ossibus retorridæ afferuntur, sine aliqva conditura, aliqvove liqvamine.

Ideoque quatuor Mumiæ vulgaris species demonstrari sacilè possunt; & cum larvis solummodò pugnare videtur Fuchsius lib. r. paradoxor cap. 40. ubi Serapionem Serapioni, Avicennam & Rhasem sibimet & toti Arabum sectæ

tanco

tanto studio opponere, & ex pissaspalto alicubi pro Mumia posita, simpliciter omnem aliam Mumiam abrogare contendit.

nobi

ftitu

mor

ferai

fuse

lerar

tari

qvoi

tiaa

yum

pedi

fum

phi

om

neci

pra

ISI

tiar

I

fti

Spi

Quamvis autem de his in genere dicatur, qvod compertum sit, cruenta vulnera glutinare, ruptis & contusis mirifice prodesse; Qvia tamen ex aliqvonsq; hujus libelli producta lectione patebit: Mumiam promiscue in corpus assumere, periculo minime carere; Imò fumme detestandam illam esse, nisi certo constet, personam, ex qua detracta sit, in vivis benè constituto corpore præditam fuisse &c. Ideogve Theophrastus in proposito Tractatu Qvintam insuper addit, dicendo : eam demum veram esse Mumiam, quæ corporis sit non naturali, ex præcedente morbo, sed violenta morte peremti &c. Supponit causas: Qvemadmodum enim ex ordinatione divina nullum animal ad cibum nobis

to

13

ta

us.

nò

CT4

lit,

di-

US

11-

m

12 -

10-

211-

na-

ım

bis

mobis assumendum, nisi qvod sana constitutione mactatum venerit, ne scilicet morbida seminacum cibo nobis conferantur; Ita multo minus morbo prorsus enecata anteà, pro usu interno tolleranda, cum & mors ipsaillum comitari possit. Cui manifesto suffragatur: qvod videamus omnia ex venatu viventia animalia, ut in avium genere, Milyum, Aquilam, Accipitrem; In qvadrupedibus Leonem, lupum, vulpem, ursum; In piscium genere Congrum, Delphinum, Thumum, Lupum, mulum, omnia vivâ prædâ oblectari, nec nisi necessitate abjecta cadavera attingere, præter ursum fortasse. Idq; unice ejus rei causa, qvod nimirum non substantiam solum suam, eorum materià; Verum etiam Mumiam Mumia hac cælesti, quæ viventium interitu extincto Spiritu magnam partem periit, foveant & augeant. Qvibus rationibus etiam statu-

alere

tur,

Ara

rum

corp

loru

etiar

vicas

nobi

ratio

mè,

juve

anin

Re,

000

gnat

mia

lep!

ital

mon

statuendum: multò utilius nobis è vivis animantibus alimenta fore, si illorum materiam vincere, alterare, & subigere valeremus. Ut enim recentes carnes, qvæ teneræ sunt, præmaceratis putridis utiliores sunt, qvod à vivis minus absint; Ita certè nullo præcedente morbo ad usum parata alimentalem, & viva longè efficaciora, aliis morbo diu afflictis, enecatis mumiaq; suaita spoliatis. Ita enim harmonia partium sarta tecta conservatà, occultissimarum & maximarum virium sinu & situ, rerum facultates intimius haurirentur. Id quod colligimus vel inde, qvod passer Troglodytes ita crudè cum pipere solum & salomixtus & concisus à nephritico comestus ad frangendum calculum insignem facultatem expediat, qvod qvis à cocto vel aliter atq; aliter præparato illo frustra expectaret. Par insuper ratio est ejus, quod nihil qvicquam nos alere

Vis

Im

ere

05,

lis

00

va

Ai-

tis.

dà

xi.

Fa-

od

0-

&

04

nfi-

ivis

ato

120

05

ere

alere possit, nisi qvod ipsum etiam alatur, sitq; vitâ præditum. Qvoniam no-Ara vita nostraq; Mumia, non nisi aliorum Mumia vitali & congenere, neqve corporis nostri substantia, alia, nisi illorum, materià sustineri potest. Qvin etiam qvæcunq; ex his præstantiorem vitam degunt, utiliora & salubriora nobis alimenta præbent. Consimilem rationem habet, quod pars parte maximè, ceu delectu qvodam, gaudeat, & juvetur: Nostrum qvidem Cerebrum animantium cerebro, pulmo pulmone, jecur, jecore, cor corde; Idqve unicè ob Mumiæ & æmulæ substantiæ cognationem.

Cum verò Author hanc eandem Mumiam nullibi minori cum suspitione reperiat, qu'àm in patibulis è facinorosorum corporibus. Cum iis namque ita seres habet, ut lenis siccatio qu'à humorem aqueum expirare facit, nec ole-

osum,

osum, mumialem, sollicitet, impense juvet ad Mumiæ conservationem. Cui accedit, qvod illa à superioribus luminaribus illuminetur, continuoq; cælestium spirituum appulsu roboretur, unde postea nomen & exaltationem constellatæ Mumiæ mereatur.

Ideoq; hanc iplam, Aëris nempe Mumiam, Theophrastus è corporalibus omnibus, puta Ignis, Aqvæ, Terræ Mumiis maximè extollit, His potissimum

verbis:

Wisten/was mit dieser Mumia fürzuneh, men/oder wozu sie nüße/würdekein Ptels thäter vber dren Tag am Galgen oder auff dem Rade liegen bleiben/ sondern hinweg genommen/ wo es anders müglich were. De gvibus infra latius.

Cum verò non de hac solum, sed etiam de spirituali alia inde producta & promanante multa proferat, utinam.

tamen

tam

prin

Mui

ten

PIZ

tran

ne f

nehi

ani

nob

ritu

thor

prie N

km

forn

alis

mi

tion

lè

ui

II.

ous

111-

ım

ich

eho

ela

III

veg

ere.

eti-

a&

m

nen

tamen penitus pandere voluisset; inprimis his verbis: daß noch eine andere
Mumia verhanden/ nemblich die/ welche
von einem lebendigen Leibe separirt und
præparirt wird. Dann ein jeglicher
Mensch kan seinen Leib in Mumiamtransmutirn, seinem Leib und Leben ohne schaden/ und ein Stück von seim Leib
nehmen/ daß mans doch dem Leib nicht
ansihet. Ideog; ulterius explicandum
nobis erit, qvid per corporalem & Spiritualem Mumiam & qvomodo Author hoc in loco intelligat, qvidq; propriè per eadem intelligi debeat.

Notandum itaque venit: Corporalem nuncupari non ratione ipsius esse formalis, quatenus in se suaque natura talis sit; Nulla enim est propriè Mumia, nisi spiritualis, vel ea duntaxat ratione: Quod ab interitu seu dissipatione Spiritus seu Balsami vitalis, desectum omnis veræ Mumiæ arguat, cor-

B

pore

tatio

feati

Itus

port

Spir fent

loso

mo

ufus

fatio

Bas

&6

les,

nifi

COL

app

me

eft.

tin

pore intered nihil patiente. Verum ratione subsistentiæ & operationis, qvatenus cum per se, tum ratione proprietatum, in corpore sirmius inhærescat, suamq; essicaciam, secundum hanc artisicis œconomiam, non nisi per idem

¿ cum codem potenter exerat.

Ut ergo Corporalem ita ab Authore improprie dictam percipis; sic nec nomen Spirituali suum proprie & nal seu Jo; sed x géow duntaxat attribuit Hoc videlicet modo: qvod citra & ex. trà corporeum subjectum, puta emanans duntaxat Mumiæ virtus, instar accidentis è subjecto, operationi institute inserviat. Id ergo Spiritualis Mumia hoc in loco ab Authore diciturqvod proprie & substantialiter Mumia Spiritualis non est, sed duntakat ejus proprietas. Qvomodo enim à corpore alias divortium faceret, citra omnem ejus, vitæq; jacturam? Cum vel exercitatione

4-

at,

II.

910

10-

2

uit

ex.

na-

Har

Ai.

Il-

ur.

mia

ejus

ore

em

rci-

one

tatione nimia, vel pharmaco, vel venæsectione, Spiritus quadamtenus exhaustus insignem noxam pariat? Unde porrò desumendum Corporeitatem & Spiritualitatem Mumiæ prædictam es sentialem ejus differentiam vere & philosophice non constituere, sed solummodò ratione subsistentiæ & medici usus ejusdem vel respectu utilis dispensationis (Medicus enim res non axpsβως, sed plerung; χεlικώς, distingvit, & sic Spiritus in homine animales, vitales, & naturales statuit, qvi tamen non nisi in quada comparatione tales sunt) contingere, quod aliam atque aliam appellationem mereatur. Uti enim semen hominis neq; pars ipsius hominis est, neque quicquam substantiale partium corporis ipsius, sed tantum vis, seu forma quædam, cum minima & subtilissima materia alimentalis superfluitatis in testiculos demissa, qvorum

B 2

OF EP-

eva aliq

COL

por cipi

gya

Thi

Mu

ita

Tra

per

yel

tui

ad

279

tia

re

ni

ter

σερωποιηίκη postea exactius coqvitur, spiritibus mechanicis augetur, & scientià ad se in loco & tempore à lithurgia naturæ prædestinatis, multiplicandum imbuitur; Ita Mumia Spiritualis, qvatenus operi Transplantationis inservit, cum id absq; ullo corporis detrimento præstare debeat, neq; pars internæ Mumiæ esse potest, multo minus ipsiusmet corporis, sed necessum est, esse quandam προσδαλήν seu διάδασιν, qvæ facultatibus & proprietatibus principii interni impense prædita, puta gvod sui promotione non ad usque corporis extrema duntaxat, sed ulterius quoque in materiam satis dispositam, qvæ secundum Artem nostram proMagnete proxime apponitur (eadem sane ratione qua vel in accretionibus anima sese in alimenti novam materiam induit, vel à lampadis flamma, flamma excipitur, illa nihilosecius integra remanente, vel

qua radius è corpore exit, ita ut licet aliquid corporis sit, intereà neq; ipsum corpus,neq; pars ipsius)recepta easdem porro virtutes edat, ac si ipsummet principium, ipsaq; Mumiæ substantia undi-

qvaq; præsens habeatur.

K,

na

m

12-

It,

to

1

net

am

ul-

in-

fui

ex-

ein

en.

-01

one

ein

vel

ur,

vel

ıva

Ex quibus perspicue colligere est; Theophrastum uno nomine appellare Mumiam ipsam Spiritualem & ejus, ut ita loquar genituram, cujus beneficio Transplantatio propriè & proxime perficitur. Qvod ipsum nisi monitum antea fuiffer, vel dubitationem posthacy vel penitus errorem alicui par ere potuisset.

His ita præmissis jacta jam alea sis ad ponendam rei definitionem : Ele ergo Mumia propriè sie dicta, substantia corporis tenuissima, spiritualis, ætherea, cuiq; pro natura ac specie sua ingenita, in morte & post mortem aliquatenus permanens, cum affectionum. enite

propriissimarum plurimum abundans, indeq; câm suimet, tum proprietatum ejus, rité extructæ Transplantationis constellatæ medio mirè prodiga & fæcunda, ad eum sinem ut vel in suo, vel in alieno subjecto natura seu dispositio vitiosa morbidave corrigatur, integra & sana conservetur & roboretur.

præ oculis exempla, Uno tamen atqve altero hoc in loco, partim etiam ex alio petito genere, unde simul miranda ejus operatio illucescat, lectorem contentu

fore spero.

Qvod igitur unienique animantium generi proprium designatumque semper sit alimentum; (Sunt enim Muscæ, qvæ de Napelli frondibus victum capiunt, cicuta hominibus venenum, sturnis nutrimentum veratrum noxium hominibus, coturnici-

bus

bus

una

& n

lun

pro.

care

vet

Me

nis

(OD

fuis

fice

hoo

bra

fæt

pel

al

m

15,

el

io

172

VE

io

tú

ti-

ve

m

ve=

124

ci-

U\$

bus pro cibo infervit) Qvod insuper unaquaque corporis pars ex confusa & multiformi massa sangvinea id solum qvod sibi accommodatum est, proliciat, os quod offeam substantiam, caro, qvod carneam reficiat, confervet & augeat; Qvid hoc aliud, qvam Mumiæ prædictæ proprietas, qvæ non, nisi familiarem aliunde Mumiam pro conservanda sua quærat, expetat, & suis usibus accommodet? Vides phthysicum usu & esu Pulmonis vulpis (ux hoc in loco directiones ad alia membra, velut Cantharidum ad vesicam, ad fæturam Ætiten ad ventriculum Milvij pellem, ad oculos hirundinariam, filentio præteream)reconvalescere, prædicto pulmone σωμαλικώς seu secundum substantiam in ventriculu duntaxat, in pulmones ægrotantis verò non mifiSpiritualiter, & secundum illas partes, qvibus membro isti conveniens est, recepto. Simile B 4

tal

ali

Ve

fte

tu

VO

IU

m

af

in

10

Simile de pœonia masculo ex Galeno constat, quod vel appensa saltem & ratione amuleti, dummodo tempore suo Balsamico collecta fuerit ab Epilepsia præservet. Vides insuper Rosam hyeme latere, ita ut corrupta quadantenus ejus natura & esementis, nihilominus signatura cum speciei, tum novi individui incorrupta permaneat, que adventante Astro vernali Rosam formossissimam recens format & producit.

In quo prædictæ interea facultates seu duvdues; latuère, in & cum quo nervus prædictæ suæ operationis, illud indubitato dixerim cum pœoniæ tum Rosæ & aliorum fuisse mumiam; Cui non constat, phystris suam esse potentiam ad ducendum, alliciendumq; in hunc vel illum affectus & animum? Nec certè semper præstigiæ sunt, quæ circulatores ad sugandos congregandosve mures, glires, pulices, locustas, talpas,

eno

cra-

filo

plia

lye.

nus

nus

ndi.

ad-

no.

ates

ner-

in-

um

Curi

en-

in

m?

gvæ

an-

25,

125,

talpas, scorpiones ejusq; farinæ bestias alias adhibent. Sed vere philosophica vel alienationis vel attractionis Magisteria. Num Avis apud Indos perhibetur esse, cui propterea Scaliger Cacovoræ nomen fecit, qvæ non nisi aliarum avium stercore alatur, ideoq; omnibus illis familiaris sit, imò assidua affecla? Qvis veterum tradita fabulæ insimulet, qvod cum lacte humano ferocissima animalia Tygres & alia cicurentur? Horum certe omnium & qvæcung; vel translatio virtutum, vel alteratio in eorum negotio observatur, causam, principium, architectum & medium, Mumiam dixerim, & qvidem ejusdem prosapiæ, cum nostra, qva tot capita hîc absolvimus. Sic granum Terræ commissum putrescit, ac velut interit, antequam novum germen proferat, Ubi hîc seminis Anatomia & potestas; nova postmodum revolutione mundanum

num Theatrum novo corpore exornatura? Dixerim iterum absque omni
dubitatione, illud quod seminalemvim retinuit, Mumiam, revera balsamicam esse, humanæ dictæ Mumiæ
homogeneam, omnium abstrusarum
rei cujuscunque naturalis divinumprincipium.

ea

Eadem sententia est de Semine hominis; in quo licet minimo, quod enim vides semen non est, totus tamen homo cum omnibus proprietatibus, facultatibus, actionibus, & passio-

nibus actu primo reqviescit.

Idem judicium sit de herbis & plantis aliisve rebus avulsis arefactis, aut quoquomodo emortuis; quibus ejusdem speciei plurimis, nihilominus eadem adhuc viget & operatur virtus celitus semel infusa. V. G. singulis poeoniæ radicibus mumiali tempore collectis (non enim de nihilo est, quòd

12.

nni

n.

[a.

niæ

mu

m.

10-

de-

nen

us,

10-

211-

aut

115-

nus

rtus

11/15

ore

eft,

bó

qvòd propter diversam Genituram; indeque cælitus datam Mumiam, una eademque herba diversæ sit sacultatis, cujus etiam exemplum unum atque alterum monstravimus in philosopho Medico nostro de peste,) facultas antepileptica; Ivæ Artheticæ, arthetica; Scordio contra Gangrænam; Scabiosæ contra tumores pestilentiales; Galeopsi contra Cancrum; donec Mumia eorundem prorsus extinguatur.

Cuinam porro alij rei tribuendum quòd aliquando in una & eadem rediversæ, imò quandoque contrariæ facultates; nisi variæ è diversis speciebus Mumiæ congressæ fuerint, alia aliam modò diversa facultate sociando, modò haud parum afficiendo, modò etiam prorsus immutando? Qua ratione Cuscuta è Thymo, (ob id Epithymum dicta) longè aliis viribus opera-

operatur, qu'am que ex aliis plantis prodiit; Aliis Cornua cervi; ali s Dame; Dentes Hippopotamorum aliis à dentibus Elephanti. Ut & viscum quernum, alia virtute præditum, qu'am Ilignum & alia; Galla aliâ à Salvia producta qu'am à Quercu. Qu'id alias cause contagia morborum habeant, qu'od, cum spectant oculi la sos, la dantur & ipsi, & c.

dit

eni

hal

ris

jun

pro

qvo

no

nin

&

nai

CX

00

Vã

2

Qvalis enim hominis constitutio, talis qvoq; Mumia istius, talis insuper expiratio, talisq; deniq; in alio secundum analogiam, receptio & Transplantatio. Ais, omnes morbos ita contagios fore, cum singulis sua Mumia subsit? Respondeo: omnes etiam esse contagios, imò ipsissimam etiam fanitatem, si secundum activam propriam duntaxat potentiam perpendantur, seu ut philosophi loqvuntur, nal' corte-lexuar. Unumqvodq; enim naturaliter potentia præditum est, tale reddere & ali-

itis

)a.

lijs

um

am

10-

ulæ

Gr.

110,

per

un.

an-

agi.

ub-

011-

12-

am

feu

ME-

ali-

ere

ali-

& aliud qvod contingit, qvale ipsum per se est. Licet æquè promta & expedita omnium operatio non sit. Sanitas enim qvies qvædam est, Temperies & habilitas naturæ amica,& proin minoris activitatis, quam ut Mumia ei subjuncta alium vel sanum vel ægrum tam promte afficere queat. Quaipfa ratio qvoq; in reliqvis morbis militat, pro non contagiosis vulgo habitis. Vel enim illi profundius in corpore hærent, & ad fixiorem coagulationem destinati sunt, vel spiritibus minus fæcundi existunt, quam ut vicinum quemvis contingere, vel contactum immutare valeant. Qvamvis nullus horum non alicubi ratione contagij alteri perniciem attulerit, ut & nal' cvéey dan, & ad passivam rationem objecti rem considerando omnes morbi, sed secundum magis & minus sint contagiosi. Ideoq; qvod vides, in his omnibus qvasi prora & pup-

CUIT

rabi

rem

ade

ma.

lon

peri

illo

QTI

cun

COL

tur

fer

tio

(0)

20

& puppis Mumia est; Qvibus plurima alia se invicem vel appetentia vel odio habentia sympathica & antipathica annumerari facili negotio possent, qvorum Mumia Spiritualis primaria causa, insuper secretissimarum rerum

mirifica architectrix.

Hæc eadem, inqvam Mumia, qvælibet secundum se totam & omnes ejus partes, & individuas earundem proprietates (qvæ & ipsæqvid aliud, qvam aliter conditionatæ partes suæ speciei sunt?) cum certo & peculiari Astro vi tàm arcta conjuncta est, ut qualicung; sui ipsius parte proprietateve quoquo modo (veluti ad hoc totius Naturæ Regnum consentaneis & dissentaneis, sympathicis & antipathicis astris mirè abundat) ab ipso divulsa, vel in eo ipso exaltatiori gradu unita fuerit, divinà qvadam consortij lege totum, non aliter, qu'am in homine, qu'od capitis est cum

ma

odio

ca

ent,

aria

rum

TYZ-

es e-

pro-

yam.

eciei

iv or

unq;

ovpo

turæ

neis,

mirè

iplo

jvina

nali-

is eft

(UM

cum capite, qvod pedis, cum pede, mirabiliter per communem illum victorem Mundi Spiritum conspiret; atque adeò idem totum vel beneficium, vel maleficium, ofculum vel plagam, ad longissimam distantiam magnetice experiatur. Hoe apparet ex ungvento illo sympathetico minime impostorio; Qvî enim non causas naturales habeat, cum non solum idipsum, sed & multa consimilia (inter que meritò recensetur Spiritus vitalis in quocunque conservatio ex appulsu generalis totius mundi Spiritus, definitis siderum coitionibus pro constitutione sua cuique cumulatissime defluentis, qvis enim hic cum rebus suis Astrorum contactus?) absque ulla Magiæ suspicione, benigna Mater Natura, multiplici experientia confirmet. In ejus τεκμάρσει pars duntaxat Mumiæ partis vulneratæ, eaque minima, mediante sangvine in Enfe

tur,

flux

obli

vet

yea

vite

QV

ean

reru

tata

tun

CH

tiu

Gim du tiul

ob

tat

lio

Ense vel telo hæret; nihilominus ex ungvento muncto per vim Sympathicam, eamq; ex spiritu Mumiæ animali sanationem acqvisitam, statim mediante Spiritu Megacosmico omnia penetrante & reserante, congeneri suo in venis ipsius membri totam communicat; adeò, ut sanatio partis Mumiæ in ipfo instrumento hac ratione sit redintegratio totius Mumiæ in ipsa parte offensa, & econtra afflictio seu ægrotatio ipsius in instrumento hærentis, ægritudo ejusdem in ipso homine. Ex qua item sympathias specie profluere arbitror, qvod secundinæ, aliarumqve partium, excrementorum item alvinorum, particulam duntaxat Mumiæ ipsiusmet, Individui complectentium mala sepultura, ut qualiscunque tractatio tyrannica, ipsi statim toti individuo securim injiciat. Sic Zenith juvenculæ in ignem projectum, sistere ignem dicitur,

IS ex

athi-

mali

nedi-

a pe-

nion

nuni-

izin

edin-

te of-

tatio

ritu-

gva

arbi-

par-

rum,

fius-

mala

oty.

o le-

culæ

dici-

Ill's

tur, sed cum dispendio virginis, à qua fluxit, qvia mori debet. Ad qvod non obscurereferri etiam potest, qvod vina vetula in doliis effervescant, feces moveant, & turbentur, eo tempore, cum vites florent, gemmasque protrudunt. Qvin imo aveumodisus dixerim; hanc eandem mumiæ conditionem in certis rerum Astris veluti Centro aliqvo velitatam, mirabilissimarum Antipathiarum ex omni familia, verbi gratia, occultarum & Magneticarum curationum, plantarum ad certa tempora ubique locorum (sub uno cælo sitorum) simul germinantium, florentium & fructus aliosve pariter effectus proferentium, cujus rei exempla undiquaque obvia sunt unicæ & adæqvatæ causæ rationem promereri.

Unde enim proficisceretur, una Heliotropiorum specie lucente Sole, ad Ejus jubar se vertente, omnes eandem

versio.

1210

versionem experiri? Unico Lothi exemplari adontum & oceasium sese è profundis Lacuum erigente, iterumqve in intimum usque abyssum reclinante, omnia ejus Speciei per totum Hæmisphærium ad, eandem tractionis vim moveri? Et unde aliàs, quod plures in Novilunio nati æqvè inter se vel corpore vel animo imbecilles sint? Unde insuper illud, quod Mizaldo referente, pingvedo & caro Ursi in pixidibus & thecis anervata, tum temporis augescat, quando Ursi in latebris delitescentes per hyemem pingvescant. Qvod Lac Matris pungat eo tempore, dum alibi infantes ex defectu ipfius ejulare incipium? Qvod pisi in Novilunio sati licet in diversis agris usque ad extrema messis tempora flores subinde proferre nungvam desinant, nec ullibi fructibus perfecte maturis Do: minos suos exhilarent? Qvod denigve

ex.

pro-

rein

mie,

emi-

vim

es in

cor.

Unde

eren-

dibus

1 2114

deli-

cant.

pore,

ofius

No.

fave

Sub-

, nec

Do-

em-

qve.

que unico saltem peste é sublimi correpto, malura statim aliquot millibus
sit commune? Quod teste Historia.
Anglorum, Aquula singulariter ad id
præparata colore suo & substantiæ
modo (inter Regis silios Oliverium
& Artum) alteri alterius statum per
multa miliaria significarit.

Qvòd non nemini visa duo instrumenta Musica ita comparata ut ad sonum unius moverentur sensibiliter
sides alterius; Præsente autem alterius alicujus instrumenti sono non motæ censerentur; Qvòd in cadavereocciso, præsente intersectore sangvis
stuat, eoqve ipso homicidam ceu digito monstret. Qvòd Ellychnium singulari artisicio accensum cum morborum cum denique mortis ejus cujus
sangvis ad id adhibitus, indicium ad
remotissima loca certissimum præbeat.
Taceo

Taceo Electri illius Magnetici arca- lata num, cujus diversis licet pixidulis in- omn clusi, eadem ad secreta mentis longis- nia simè absentibus annuncianda seu deferenda conditio est; Nec non Sambucum, cui omninò eadem, nisi potentior, contra caducum virtus, quæ vel passeri vel picæ quorum aliquando cadavera putrefacta, aliquando stercora è baccis ejusdem prognata crescendi causam dederunt. Item Tamarisci radicem incensam, inque leterici urina restinctam Icteritiam eurari ; Condy. lomata hæmorrhoidali herba prius aliqvandiu adhibità, postea aëri commissa, mirabiliter sanari. Plurimis in super crescentibo ejusdem licet speciei, (qvod idem de ingeniis hominum dicendum) aliquando diminutiorem non rarò etiam contrariam prorsus potentiam esle, prout vel sub uno concordi & naturali, vel sub alio eoq; peregrino Ascendente fata,

gyài

cet

mer

mai

On

bia

fit

Ide

tut

gis-

de-

bu_

nti.

vel

ca.

100

endi

12-

ina l

edy.

nis-

per

poy

m)

eti-

effe,

ali

nie

ata,

Sata, nata collectave fuerint. Scilicet omnium narratorum causa est harmonia Spiritualis' Mumiæ sub rei cujuscunque certo & àD E o primitus adordinato Astro, cujus viribus percelsis ac motis, æqvè virtutes in natura rerum subordinatarum analogæ, tam in una, qvam in alia earum parte exercentur, nisi per accidens, ex impuritate videli. cet & inæqualitate maceriæ impedimentum interveniat. Hinc ergô diversitas rerum ejusdem speciei secundum majorem vel minorem potentiam. Omnes enim fluxus cælestes impediri possunt per confusionem & inhabilitatem materiæ. Unde natum proverbium Plattonicum: Secundum meritum materiæ infundi virtutes cælestes; Et res illæ in qvibus minus immergitur Idea materiæ, hoc est, qvæ separatorum majorem accipiunt similitudinem virtutes habere potentiores in operatione fimisimiles operationes Idex separatæ. Hæc ipsa vera & verè philosophica sympathias rerum causa est, cui nisi oblique concilientur, omnes aliæ à variis hinc inde multo sudore excogitatæ, sæpè etiam magno applausu ab aliis accepræ, merito palmam cedant. Audi enim qvid Scaliger vir tanti acuminis ingenij, út vix à vero aberrare posse ipsum putaverim: Statuendum, inqvit, est, qvædam communia speciebus, que iccirco impellantur ad quandam convenientiam. Sicesse quasdam generum contrarias differentias; ex qvibus inimicæ species oriantur. Hæcque esse primordia sympathiæ & antipathiæ. Atqvisicommunitas generica adæqvata sympathias causa, qvare cum omnes cujuscunque generis species æqualem & sine ordine inter se convenientiam habent, loqvor degenere univoco, non æqvè omnes etiam ijsdem affectioinc

epè.

-900

udi

inis

offe

cie-

van-

dam

ex-

ac-

nti

rica

cum

25 80

reni-

uni-

em

tio-

affectionibus gaudeant? Ais, species æqvivoci generis intelligi? tum verbi causa, cancer Sympatheticus non æquè erit animal, quam alius piscis extra illam sympathiam. Si porrò inimicæ generum differentiæ in speciebus Antipathias causa sint, (qvod tamen affirmare manifesta esset petitio principij, cum non dicat interea in qvo constituatur illa differentia) qui fiat. qvod non omnes hujus differentiæspecies, verbi causa, una hominis affectio antipathica omnibus fimul individuis sit communis; quare cum homo æqvè formam differentiæ participet, non fimul omnis principia ad contrarias eas dem affectiones adeptus fuerit?

Ideoque minus caute Philosophus Medicum carpere videtur, imo, venia ipsius hoc dixerim, minus recte Quamvis enim Fracastorium, cui plura hac in parte accepta referenda, qu'am

Scali-

Scaligero, variis telis adoriatur, vulneri tamen facilè cicatrix obducitur, si per conjunctionem formæ in sympathicis, carundemqve propagationem, qvæ à Scaligero potissimum pungitur, non formam, qvatenus illa à materia totaqve substantia distingvitur, sed speciem ex illis in simul exortam, per conjunctionem vero ejus, nihil aliud, qvâm promotionem mutuamqve applicationem proprietatum ipsius, qvarum ope illa, qvæ sua sunt, omnia efficit, ustatissimo sensu intelligas.

Hujuscemodi proprietatum effluvium seu arroppnua nos etiam intelle-

chum hoc in loco volumus.

Affirmat enim Theophrastus sieri Mumiæ enne & transplantationem absq; rei aut formæ substantialis ipsius diminutione. Sit ergò oportet accidens, qvod extrahitur, qvodq; pro medio transplantationis sumitur, idqve propri-

irs

190

cis,

ed

on

ta-

em

m-

am

ca-

וחט

icit,

Hu

lle.

eri

em

lius

cci-

ne-

IVE

ri-

proprium, & nullo modo salva ejus essentia à substantia rei prorsus dividus,
quod cum rei Spiritu ad extrema ipsius
ductum, mox cum Magnetis Microcosamici prasentis proprietate mutuo occursu unitum, & deniq; mediantibus astris terrenis, Spiritibus & Astris coclestibus accommodatum, corundem adspiratione & consortio, vi quadam caca
cuiq; pro modo tamen constitutionis
sua, tantum prædæutilissime & essicacissime reportat, quatum ipsi antea ad
perfectionem desuit.

Est ideoq; Transplantatio, nihil aliud, qu'am mutua unius rei in aliam propagatio, benesicio proprietatis Mumiæ
essentialis debito Magnete extractæ, indeq; ex utriusq; cum Astris rerum cognatione, in singularem utilitatem & fortitudinem ipsius promotæ. Seqvitur de differentiis

ania, Mumia,

C

CAP.

DE DIFFERENTIIS MU-

affe

CO

On de differentiis Mumiæ in universum hic solliciti sumus, de qvibus potissimum præcedente capite, sed de iis duntaxat, qvæ inter paracelsicasus quas vocat corporales intercedunt. Eæ desumendæ erunt é natura Elementorum, qvibus corpora post mortem committutur. Qvemadmodum enim illa per se pares operationes non edunt, sed iis ipsis à seinvicem longissime discedunt; Igne igneas aere aereas &cc. proprietates exerentibus que aliquando penitus inter se contrariantur; Ita & generationes & corruptiones rerum in iisdem inchoatæ absolutæq; longo discrimine à se invicem distingvuntur, nec exdem genitorum corruptorum

ra-

nte

10-

m-

res

2

ne

28

m

mul

ptorumq; undiquaq; sunt conditiones. Genitorum exempla inde percipis, quòd caro Avium aerea, non sit velut caro aquea piscium; nec ignea vulpis, Leonis, &cc. Sicut terrestris, Bovis &c. Ita etiam corpora naturam assequentur plane distinctam, ex diversis elementis quibus post mortent committuntur. Qvando enim humanum corpus in terræ gremio à morte relinqvitur, tum terrenam, & tepidam velut putrefactionis specient subit, Spiritu intus suffocato, ut ejus Mumia abominabilis & ad nullum iisum proprie destinata sit. Non minus in Aqva corpus ejusdem elementi naturam sequitur, inq; mucilaginosam putrefactionis speciem desinit, quæ similiter Spiritui vitali seu Mus miæ rei prorsus infesta. Ignis Spirituum & corporis simul destructorius MAN THE PROPERTY C 2 PROPERTY OF THE OWNER. omnino est, proin summe illud corrumpit mumiamo, penitus, nisi certo ejus

gradu observato, abigit.

Ideog; quatuor qvidem corporales mumiæ à Theophrasto monstrantur. Ignis scilicet, Aqvæ, Terræ, & Aëris. Verum tres priores non nisi Eljudov ugi adoxición mumiæ genus suppeditant, una aëris mumia utili permanente. Qvin imo tantum abest, utilla velin minimis ad conservationem humanæ vitæ apta; qvin potius ipsi prorsus sint contraria, 1d est ad Antipathiam magis, qvam sympathiam, magis veneficia, divina tamen lege seriò interdicta, quam beneficia conferentia. Hujus duplex potissimum causa est: Primum: totalis corporis in ipsis putrescentis destructio, qua de re Terra & Aqva Microcosmi in primum Ens macrocosmicum seu Limbum remigrare coguntur. At verô quia duo illa microcofini elementa retinaculum vitæ funt

es

ur.

0-

回い

giv

nis

ta; ia, m.

en

cia

m

ia

re

m

æ

nt

milatio

Ilmia haruw partium ex articulis petenda, ejusq; inde in approriata debita transplantatio instituena. In his veluti cardo curationis hujus ertitur. Cæterum qvod Rosmarinus, avendula, Salvia, Satureja, Lva arthetica &c. inter herbas primatum hoci in loco obtineat, nemini dubium erit.

10,

ım

lr-

le-

11-

m

X.

තුරු වා යන්
CAPUT XXI.

DE PODAGRA.

Munia hîc articulorum male affechorum Helleboro nigro site communicanda; insuper mediis ureticis urina provocanda ad Terram Mumiatam citius fæcundandum. Fructus vero in aëre marcescendus; vel etiami in Overcu Arborem abscondendus &c.

In Catarrho Mumia Cerebri mari-Junia tatione Garyophyllatæ gaudet; qvæ ideoq; justam magnitudinem adepta in aere marcescat.

CAPUT XXII DE VULNERIBUS ET UL-

im 1

hæse

OCIL

CASC

QVác

tal

UXS

vulo

fam:

vel]

germ

ceribus_

X locis affectis, non minus ac in fu- quan Perioribus factitatum, primò habeatur Mumia, inquam inferatur per mo- cedit dum Transplantationis vel persicaria maculata, vel solidago vel alia Vulne-Faria parti affectæ amica. Moveatur urina per Tartarum, Imbuatur illa ipsa Terra Mumiata ad capessendum nutrimentum. Fructus inde accrescens in aere denig; exarescat, & morbus sine dubio levabirur.

Ubi tamen notandu, hanc eandem é Magnetismo mumiali medicationem non raro locum promereri, quamvis Mumiæ

sumiæ Extractio non ubiq; interceat.In qvibusdam enim casibus usu ver it, qvod organum lædens Mumiæ sæius tactæ, absq; singulari Medici dire-tione jam anteà particeps sit, præsesm ubi illud in parte affecta diutius æserit infixum. Idqvod in vulneribus ocum obtinet, cultro, clavo, vitro aliinfu-wamdiu inibi relictis, qvod tamen in xtemporanea transitione minus sucmo edit, cum minima momenta vix ulum effectum pariant; Vel deniq; ubi widdam successiva transmissione, vel we wacuq; ejus loci retetione cruore aliipsi zvadò fuerit madefactur. Et sic trassuma Mumiæ aliqua parte vice artificialis nsin extractionis compendiose sustinet.

Ideoq; quum qvis eo modo læditur, vulneratur, aut qvomodocuq; afficitur, eme sumatur telum, culter, gladius, inq; vel Terram Matrem seilicet & quasi muis germen genericum potentativum.

miz

omnium

omnium Balfamorum (qvamvis & hac fiatric ratione operatio ista susq; deq; minus com habenda: ut ne Spiritus mumiales in. organo hærentes evanescant, interim. vulnere Radice Colchici contusa, & cum tribus quatuorve vini & aceti guttis in Emplastrum mista, aut similibus, ubi & fæces alvi mystica qvadam vi locum omnino merentur, deligato) vel qvicqvid demum Balfamicum occurrit,inLardum,Balsama, ungventa &c. infigantur, Inprimis tamen respicienda hîc ea, qvæ ex Mumia & Ulnea, qvæ reverà Sylloge quædam est Spiritum Iliadi,nec non etiam Spiritus Mundi, qvibus mediantibus activa passivis felicissime communicantur, constant. Qvin imò nullatenus absurdum, qvod à non nemine observatum, in ulceribus Cacoëthicis in veteratis fluxionibus continuo madidis: etiam saniem putamimi Nucis Balsamo seu Ungvento hopliatri-

tito

maji

datu

gneti

tract

Abi

loce

fura

mis

Trat

cem

mer

da;

liatrico prius delibuto inclusam, inq; iccum aërem sub udo cælo suspensam sanationi corundem efficaciter profuiffe.

pageners en au come com en au com

CAPUT XXIII.

DE HERNIOSIS

DUS,

tri-

10. Rocuretur primo Mumia e loco vel affecto. In eam jam multoties repetito artificio plantetur Symphytum de majus; Inde ad marcescendum suspennd datur in aërem. Vel, ubi beneficio Mame gnetis Mumialis Mumia rite fuerit exlia tracta eligatur arbor refinosa, Cerasus qvi. Abies &c. ad ejus radicem Mumia collocetur, scissa arbore per medium, scisfura tàm capaci, ut æger illàc fui transmissionem habere commode possit. Ca Transmittatur ita ad ternam ufq; vion cem in nomine SS. Trinitatis, in quo mi- merito omnia inchoanda & perficienho- da; Jdq; inprimis hora & die Veneris. Æger

Æger qvoq; urinam ex abundanti mittat super arboris radices. Qvoq; sacto deniq; Arbor Cerato debitè agglutinetur, Ita profecto Hernia contumacissima, reposita prius (qvamvis alicubi nihil reposita suerit sanata) brevi persectissimè curabitur.

स्त्रता स्त्रता स्त्रता स्त्रता स्त्रता स्त्रता स्त्रता स्त्रता स्त्रता स्त्रता स्त्रता स्त्रता स्त्रता स्त्रता

DE

to pu

med

nen

veli

men

loci

Hitu

qvoi

CAPUT XXIV.

DE FLUXIONIBUS SALUS, D'Olores noxios cientibus, ut in dentium Goculorum dolori-

bus.

Extrahatur ejus loci Mumia, & trasplantetur in persicariam maculatam &c. Qvamvis compendiario processu idem obtineatur, si Radix senecionis cum tota herba recens cruatur,
eaq; ipsa dentes dolentes ad qvalemcunq, cruentarionem usq; affricentur.
Si enim peracto eo radix statim in lo-

ine.

isli-

tur.

10=

B

um pristinum & nativum defodiatur, inq; vigore maneat, omnis dentium dolor & affectus mirè sedabitur.

CAPUT XXV.

E MENSTRUI PROFLUVIO EF

Retentione.

Irca Hypochondria & Umbilicu Mumia primo loco elicienda, in. vam, more solito, persicaria maculosa nseratur. Hinc movenda urina exlubio pulegio, ad terram Mumiatam hunectanda, Deniq; planta ad perfectiorem adspirans, vel in aere resiccanda., rel in igne comburenda. In retentione mensium Mumiæ extractio ex iisdem ocis, juxta tamen è mamillis etiam instituenda, inseminandum pulegium, qvoipso etiam urina provocanda. Deniq; planta accrescens in Aqvam

projicienda.

CAP.XXVI

CAPUT XXVI.

CAPUT XXVI.

DE PTHTISIETHECTICA.

Extrahatur Mumia i tribus membris principalibus, Item è Spina dorsi & musculis primariis corporis; Implantetur Satyrion & crescere simul permittantur. Tura porrò in Quercum vel Cerasum transponantur, vel etiam ipsa Mumia in alterutram horum transplantetur & brevi meliùs habebit æger. Qvid hoc in morbo Tinctura Mumiæ cujusdam sanæ, ægro exhibita valeat, de eo alio in loco sussus.

Est & alia hujus magnetismi ratio, ipsa praxi notior & facilior: Coqvatur ovum recens in urina consumti, in ollula nova, ut urina ovum plane contegat, ebulliendo, donec ovum indurescat. Exemtum ovum postea hinc indepersoratum in eadem urina recoque, semper vertendo illud, donec urina plane consumta suerit. Postea ovum

fic pa-

fic p

DE

infer

par den

util

niy

prai

Vertin

Mag

letun

parat

sic paratum in acervum formicarum.

sepeliatur, & ovo hoc consumto, mirabili sympathia tabes

desinit-

Da.

orisi

ug

lam

IML

ebit

Mur

tio,

atur

ol-

ntec

1585-

nde

rina

مالالا

pa-

CAPUT XXVII

DE ARIDURIS PARTICULARI-

Processus ad superioris Magnetismi exemplum nihil peculiare habet à reliquis, præterquam quod Mumia ex inferioribus & superioribus articulis partis affectæ petenda, Ideoq; ut ne eadem chorda semper oberremus, sed & utile dulci misceamus ad aliud tam universalis quam particularis ariduræ præstantissimum remedium nos convertimus, & quidem, ex hac eadem arte, Magicum sympatheticum. Illud Amuletum est ex particula loculi, seu seretri paratum, quo in feretro puerpera partus dissi-

tus difficultate extincta superqi Spinam dorsi collocata & tumulata fuerit.

Vis enim vegetativa auctrix & nutritiva puerperæ, qvæ in spina dorsi potissimu sita, inq; feretrum deposita, jam à corpore vivo, priori illi subjecto symbolico & assini, ex alieno promtè

6,fu

CUI

tran

qvib

onte

ulteri

datu

utp

bau

fite

illoa

Ho

milij

fecun

attrahitur, & affumitur.

Exhoceodem fundamento Mumiam illam fæcundam, & insigniter nutritivam puerperalicet adhuc in vivis, ut & aliæ personæplethoricæ & εύσαςnos suppeditare possunt, ita ut è Spina. dorsi superimposito prædicto Magnete Extractio; inde verò in herbas convenientes implantatio instituatur; qvæ ipsæ herbæ postmodum ægrotanti intrò exhibeantur. Aded certé nullus ullibi affectus tam vehemens aut pertinax, qvin remedium ex hac nostra praxi ab eo qvod vel maxime dissentaneum videtur incredibili cum successu ipli adaptari possit. CAP.

nat

dorl

olita

1311-

cellu

AP.

CAPUT XXVIII.

DE ARCENDA STERILI TATE.

Xtrahatur necesse est Mumia facul-L'tatis vitalis & naturalis è Spina dorfi, sub axillis & hypochondriis corporis cujusdam maxime fæcundi. Illa dein transplantetur in Satyrion, vel quod qvibusdam melius visum, in Chamæleontem nigrum; eoq; ipso vegetatione ulterius producto sterili comedenda. datur, qvi nihilominus circa fæcundū ut plurimum degat; prædictamq; herbarn cum toto ad collum adpensam gesqua stitet, & pari fæcunditatis laude cum illo altero brevi nobilitabitur

Hocipsum inquam illustrissimis familiis hæredibus insperato destitutis, secundum DEUM summo sæpè fuir Colatio.

Nec

Nec minore cum successu etiam fano cuidam, (de homine tamen hic mihi sermo non est)robur Virium & sanitatis derogare, inq; alterum deponere hæc eadé ars pollicetur idq; per hac via: Extrahatur Mumia é corpore inculpata sanitate prædito; implantetur chamæleon nigrum, qvod deinde vel in substantia, vel in essentiam antea redactu langvido exhibeatur. Ad collum infuper appedatur, ægerq; subinde circa sanum & robustum habitet, Eodem modo Eqvo poteris vires detrahere suas, easq; homini pro libitu largiri: Miscetur Sperma eqvorum robustissimorum cum terra simplici, implantetur Chamæleon nigrum; Et postqvum in justam magnitudinem accrevit, ei exhibe. - atur, cujus vires auctas velis; è collo insuper suspendatur, circa eqvos robustos subinde languidulu relinquendo, sic eqvis robur qvodammodo! ablatu, homi.

Notandum tamen Radicem prædicta
ib ipso Novilunjo statim implantanlam esse, denuoq; eradicandam duoous tribusve ante Novilunium diebus.
Qvod ipsum pari successu & in aliis betiis locum meretur, qvarum ita faculatem cum homine partiri expediet.,

prout sagax Magus rem undiqvaq; accuratius considerabit.

lpat

ama

fob dachi

infu

mo-

Suas

Cha

in jo

hibe

lo in

robu

blatti

homi

have backenace properation of the tenace and

PARS SECUNDA

DE RATIONE NATURALI ARboris Vita, & scientia boni & mali, simuly, mystica interpretatio Secreti magni Concordantia scilicet Cabalistica Arboris vita & Mortis, Christi & Adami.

PRæmissis de Mumia Spirituali præceptis & exemplis haud inconcinnum aut supervacaneum visum est anH nectere

10mi

in co

ret;

tam

fall

tie

Me

fent

tuli

cundam, de Natura Arboris Scientiæ boni & mali, qvippe illis ipsis ubi obscura sunt lucero, ubi minus solida aut incredibilia, authoritatem & gravitate, ubi apparenter falsa, perspicuam declarationem dubio procul allaturam.

Qvodcunq; autem de scientia Arboris hujus nobis constat, id inprimis S.S. Scripturæ acceptum referimus. Hæc enim expresse dicit Gen. 2. vers. 9. Arborem vitæ in medio Horti positam; nec non Arborem scientiæ boni & mali Et qvod exfructu ejus comedens, scientia boni & mali tâm nobili præcellere debeat, ut icoleos, Deo æqualis habedus lit, testate hocipsum PersonaPatris ad reliquas dicente: Ecce Adam quali Unº ex nobis facte est, sciens bonu & malu&c.Neq; enimSacrosactæhæc Trinitatis elocutio Ironica judicanda, prout primo intuitu alicui videatur; Că hoc nomi-

nomine duplex & qvidem contrarius lenfus implicetur, ac fi DEUS aliud in corde gestitaret, aliud ore promeret; ac si verum pronunciasset, qvod tamen justa reprehensionis censurâ falsum deprehensum. Minime gen. tium. Qvanqvam enim Ea ex parte Metaphorica omnibus tamen suis parstibus categorica est & affirmativa, æque ac dixisset: Qvia Adam de Arbore Me scientiæ svasu Serpentis comederit, eoq; ipso scientiam boni & mali, non qvidem illam,qvæ Deitatis veram beatitudinem supra Creaturarum metam. adferat, sed philosophicam & mundanam acqvisierit; factum ipsum esse, qvasi unum ex DEO, hoc est, illum. Ill qvodammodo æmulari ejus pansoma phiam, in suo scilicet genere. Cui similé ini- sententiam aliàs quoq; Salvator protulit: Filios hujus seculi prudentiores oc esse Filiis Lucis in generatione sua. Et

Ethunc verum sensum esse convincit illata consequentis judicii ratio: Proprerea ex horto proscribendum illum, ne scilicet edoctus arborum reliquaru, omniumq; rerum naturam & facultatem, manum ultrà porrigeret, deq; Arbore vitæ frustum comederet, & ætere

am

Cat

CUD

num viveret.

Qvod si ergò vera & verè naturalis arboris vitæ facultas extitit, à Olagosias conferendi, uti extitit; Vera etiam nulloq; modo itonicè vel falso prædicata Arboris scientiæ boni& mali virtus habenda. Taceo nec Adamum, nec Evam sibi persvaderi passos, Arboris prædicam illam ad inducendam sapientiam facultatem esse, nisi idipsum lumine. Naturæ proprio pariter intellexissent. Verum ideoq; manet atq; inexpugnabile, Arboris illius paradisacæ potentiam verè fuisse, boni & mali scientiam utentibus conferendi. Unde verò illam habuerit.

sabuerit, an concreata ipsi fuerit, an ero post creationem acqvisita, aut aliinde communicata, non om ni dubitaione caret. At vero Scriptura qvid implectendum, (qvamvis nonnihil obcare, & implicite) nobis itentidem di-Stitat. Sic enin verba ejus habent : Serpens erat callidior cunctis animantipus Terræ, qvæ fecerat Dominus, Qvæ psa, ob quem finem alias tam curiose iceris mandata fuissent, non intelligo, nisi inquam calliditas Serpentis magni nomenti qvippiam eo ipio in negotio uffinnisset. Accedit, qvod Diabolus Eian nonfub forma pomi, sed Serpenis fuerit aggressus, quem nimirum norerat ob calliditatem & astutiam. cunctis animantibus præferendum, commodissimum tentationis hujus organum; Eva verò ipsum putarat per e naturaliter ita fuisse locutum. Ad ac probabile est Serpentem subtus il-200 H 3 la Arbore

gerit

la Arbore vel juxtà antrum suum habuisse; Quare DE US rei hujus minimè nescius usum & esum fructus ipsius homini interdixit

dem

aug

tion

Denig; & hoc considerandum-In rebus obscuris & dubiis ea via explicationem instituendam, quam cum sensus & Experientia, tum etiam intellectus & ratio maxime monstrant mode fidei regula non obstet. Qvis verò illorum capiet, aut in tota natura simile qvid expertus est, quod & quomodo ex simplici fructus alicujus esuscientia supra communem humanitatis fortem comparari possit. Atqvilvero humano ingenio ne in minimis quidem disconvenit, Arboris Prædictæ Virtutem toties narratam ascititiam statuere, per modum Transplantationis ex ipso serpente, hoc est, Arbori isti ejusq; fructibus per modum Spiritualem beneficio cohabitationis, cum essentiam ipsius serpentis Spiritua-

Spiritualem, tum etiam virtutes ejusdem fuisse communicatas & impres-125, Siqvis namq; Naturæ proprietates sedule indagetur, ut plures sint in aliis qvoq; manifestioribus, qvæ non tantum cunctas res sibi propinquantes sua virtute afficiant; verum etiam præter hoc consimilem ipsis potentiam infundant.per quam hac eadem virtute ipsæ etiam cætera afficiant, vesuti Magnes qvi qvidem non folum annulos ferreos trahit; sed vim ipsam etiam ipsis amiulis infundere cernitur, qua hoe idem efficere possunt, qvod præstet Magnes; Qualem me Venetiis in Foro-S. Marci Turcarum inter merces vidisse contestari plane possum. Utq; vegetabilia animatorum proprietates & affectiones in se transumere simul augmentari, & alterum alterius conditionibus frui, à Natura minime alienti. H 4 - Cujus

idi.

um

mo-

ntis

tua-

im

pia

pret

por

ren

CO

A

tec

901

An

00

tus

ear

Dim

mia

& pt

pora

Cujus rei quam plurima exempla non solum præsens Tractatus ob oculos abundè exhibet, sed & eorum nonnullatum assignata ratione commemorat Smollius in Manuali rerum admirabilium; Qvibus vestigiis & indiciis in hanc narratam opinionem incideri-

mus,faeile judicabit.

Qvo eodem argumento & Theophrastus in libello de Origine scientiarum, disserit, ubi pariter assirmat, tantis tamá; virie Ovar asísois potentiis
(apud rudes qvidem & bardos parum
sidei promerentibus) nostros qvoq;
Germaniæ Serpentes gryseo, albove
colore celebres, hac ipsa adhuc tempestate æqvè pollere; nec non homini ad
mundi usá; constagrationem, ad comparandum rerum qvarumcuná; naturalium, earundema; reconditoru Mysteriorum notitiam prodesse. Addit verò in eodem capite ejustem libri: qvia
sim-

simpliciores sibi parum officii hisce præstitum putent; proptered se operæ pretium non arbitrari, quod perlas porcis projiciat; Sapientem sine dubio rem satis percepise.

Qua ergo arte Thesaurus iste plané comparandus, studiosus Naturæ perscrutator intimi' scitabitur; ubi ipsius Authoris verba præcitata altiori mente examinaverit; juxtaq; etiam par illud libellorum nobile καὶ πεὸς ζά πάis ροντα άληθως έυχεηςον, alterum de Tempore, alterum de scientiarum & Artium origine accurata rationis bilance libraverit. Neq; mehercle irritam operam navabit, si binos illos Tractaad tus ad se invicem conferat, & πορφύear περί γων πος Φύραν dijudicet, qvod nimirum ut in libro de Tempore Mumia Microcosmi διχοζόμως proposita., & primo loco de quatuor Mumiis corporalibus; dein verò de Essentiali & H 6 Spiritua-

im-

Spirituali illa Microcosmi diane linus disertatio instituta; ita vicissim in libello de Origine Artium primus tractationis locus Spirituali Mumiæ Serpentis, qua ratione scilicet illa in fructum quendam, homini ad scientiam comparandam, utilem & prosicuum, cransplantanda; ultimus verò corporalibus partibus Mumiæ serpentinæ, Carni videlicet, lingvæ, axungiæ & exuviis destinatus.

mar

70

8

Ex his inquam sapiens quisq; facilè colliget: processum Extractionis Mumiæ Spiritualis sibi undiquaq; correspondere, nec in diversis ils aliam atq; aliam præparationis esse rationem, prout idem Theophrastus d. l. de Tempore, ubi de Spirituali Mumia Serpencis, cujus beneficio infestissimus ipsius hostis, Simia, cum ipso in gratiam redeat; ejusdem haud obscurè mentiomem facit. Ovin imò avennodições assirmantem facit. Ovin imò avennodições assirmantem facit.

maverim eum, cui doctrinam de Mumia Spirituali Microcosmi καὶ λὰ ἐπόμενα ἀυλης planè novisse, datum; de
qvibus nempe Tractatus de Tempore
παυρα μεαν, ἀλλα μάλα λιγέως: omnia
ejus generis de Serpente facilè, assequuturum, inprimis qvæ Theophr. in libro
de, origine artium cap. I. & 2. acutè
tangit.

III.

D

12

111-

0

en

115

16-

110-

He

100

Proinde processus Spiritualem Serpentis Mumiam nanciscendi, & secundum primæ partis hujus Tractatus doctrinam in fructum vel segetem qvamcunq; transplantandi, eux q; ipsa porrò alicui administrandi ita se habet; conviso plane & codem modo cum aliis supra recitatis: Recipitur Sperma Serpentum, ova scilicet, tàm corporalis, qvam Balsamicæ Mumiæ corundem là sorxeia raj oxquasa, cu rerra pingvi

miscetur, cui semen committitur, vel herba inseritur usui præsenti maximè commoda.

Majoris tamen efficaciæ ergò inprimis ad ingenij acuitatem transplantatur in appropriatum quendam fructu Cerebri, inspergendo nempe terrame extremis Cerasi radicibus. Tum enimeructus ipsius cum nutrimento plane balsamice sive magnetice Spiritum Mumialem Serpentis hauriunt, & in se convertunt, adeoq; virtus & qualitas Mumiæ in Cerasis postea micat. Ex quibus deniq; Spiritus industria Vulcani elicitur, pro robore & acuitate cerebro & ingenio mirè comparandis.

Parisuccessu prædictum 70 σωμα 78 ο σπερμαθικόν Viti immiscetur, è cujus uvis postea Spiritus extrahendus. Qvo item modo eidem frutici Theriaca per modum transplantationis inserenda, ad omnes Theriacæ vir-

tutes.

ins

an

li qv

ellan

tra A

utes in fructū ipsius idq; longè excelentissime & sübtilissime deponendum.

Insuper adhuc alius modus daturspiritum Mumiæ Serpentis ex omnious simul partibus ejusdem in herbam

di ransplantandi, hac rarione:

Sumuntur Serpentes seu Colubri, includuntur in vase vitreo ad sussociantium eos, & quasi putre factione in viscum redigendum; qui ipse vel in arboment rem transplantetur, vel cum terra unitur ad legitimam decentium herbarú

mplantationem.

utes

Nec absimili processu è prædictis animantibus, qvæ propterea, ut & alia-rum mirandarum virium causa, in depositione exuviarum non parum gliscentium cum Universali illa Medicina, si qvæejus generis in Naturæ potestate sh, multum participare omnino crediterim, præstantissimum arcanum contra Morpheam, lepram &c. qvæ alias nullis

nullis fere (dico feré, qvippe qvi hic Essentiam Sulphuris vitrioli nonnihil posse plane confidam) antidotis n edicabilia sperandum : Sumantur Serpentes, sanies seu sudor ipsis usitato modo, subtus pedibus ipsos à capite ad caudæ niq; extremitates arcte detrahendo, abigatur,& Caro, abjectis cauda & capite, quæ tamen ad alios effectus multi & secreti usus sunt, cum reliquis omnibus, Juniperiradicibus prope stirpems în usq; earum nucleum, foramine cum pruni sylvestris cuneo clauso, transplantetur. Sic decursu hyemis, benefieio naturalis Juniperi caloris, qvi temperatissimus est, in sunm primum Ens redigitur, & veniente aftate Spiritus vegetabilis juniperi Balfamum seu Spiritum ipsius nutrimenti loco allicit, in tantum ut fructus seu baccæ inde facultatibus vulgaribus illis dentur longe excellentiores; Qvippe que segventi

Clylsun ad pira

ditabun

Contu

tiadi

Tandu itared

dat gur

ab ini

Spirite

permix.

per phi

venti ἐλχειςήσει in Arcanum seu slyssum elaboratæ nobilissimo & verê d virando Medicinam contra Lepra m itabunt remedio:

R. Baccarum prædictarum Juniperis Contusa aquà ferè fervente superfunlantur, addità debita quantitate Ferméi ad integrum octiduum ita præmaceandum & omnia in uua misti crasin ta reducendum. Qvod ut feliciùs celat,qvotidie femel atq; iterum agitenur. Postea destillentur per Vesicam ib initio mediocri tantum ignis gra. lu, continuatà operà, auctiori, donec En spiritus amplius non destillent; Qvi ple quoniam cum phlegmate simul et permixtus erit, in B. M. per cucurbiam rectificetur, idq; etiam altera vice ser phiolam. Et sic Spiritum Junipeinum præsto habebis.

Deinde

Deinde ex capite mortuo ulterius imm calcinato lixivium fiat, & porrò Sal per repont evaporationem; Cujus libra una inphlegmate priori resoluta cum argilla optima benèresiccata sufficiente quatitate misceatur ad formandum pastillos, per Retortam optime loricatam ex Furno anemio destillandos ita, ut baccarum manipulum unum atq; alterum Receptaculo imposueris; primo lento opus est igne, ad phlegma capiendum, posteà fortiori, imò in fine fortissimo adusq; candefactionem Retortæ adSpiritus propulfationem. E capite mortuo denuò Sal præparetur, qvi cum Argilla Spiritu præhabito madorem suppeditante adhuc semel miscendus & destillandus in spiritum. Hic ipse demum in Balneo sicco per Retortam vitream ita agendus, ut primo loco phlegma seorsim colligatur; dein ipsum arcanum. guttulis progrediens flavescentibus, in vitrum

ON CON

Cmall

entis

atasi

itrum Hermetica signatura clausum

eponendum & insolandum...

Habebis hoc modo remedium præictis laudibus omnino dignissimum.
iqvidem Baccæ Juniperi ipsiLepræ per
e in tantum appropriatæ sunt, ut absq;
ubio pri nam Iliadi lipsius omnino,
ecundam verò ejus ætatem ex partetiam superare valeant, hoc est, non soum ab ipsa insigniter præservent, sed
in tinitium ejus tollant; Jam mysticæ
ujus artis præsidio unitisq; serpentum
enitioribus facultatibus in summum
isq; gradum exaltabuntur.

Obiter tamen hæc, & fere na j'su Ba-

am ad rho.nbum.

M

Qvemadmodum ergo scientia boni k mali medio Mumiæ Spiritualis Serentis in Arborem veritam transplanata; ita etiam præsidio alterius cujuslam Spiritualis Mumiæ sanitas æterna,

feu vita ipsa Arbori vitæ divinitus concessa suit; ut qvicunq; de eo comederet; vitam viveret perpetuam absq; ulla sluxione. Id qvod ex ipsiusmet D E I per la
summi testimonio sumitur dum Gen. 3.
protoplastus è paradiso proptereà ejeclus dicitur, ne manum porrigeret, ad
gustandam Vitæ Arborem, & sic perper
tua vitæ soliditate sirmaretur.

Et quamvis ey yea por antoeiclas proferre non poslimus, quo beneficio, vel cujulnam Mumiæ Spiritualis actione prædicta Arbor anobavaličen illud à DEO acceperit. Hic enim Scripturæ Sacræ mos plurimum observatus, ut res quæ naturam nimis sapiunt, interim simulà captu hominum vel opinione communi citra evidentem utilitatem multum recedant, perstringat potius, quàm susè describat; Qvidenim meritò Athenis commune cum Hierrosoly-

osolymes? Philosophi tamen rerum aturalium perqvisitioni maximè deiti, multis opinionum fluctibus suer hanc gvæstionem ia scupulos sosusias hine inde abrepti, tandem Jaturæ ductu duplicem veritatis porum invenerunt:

Nempe aut DEI jussu & beneplaciο, αμέσως Lignum Vitæ in prima reatione ita institutum fuisse, aut faultatem illam vitæ confervatriceme - μμέσως ex Naturæ scilicet thesauo ipsi iniplantatam. Qvod Naturæ πι εροΦλακείου at-tentiùs perscrutaudo andem ad Hermetis Jeiousyics effanto :um pervenerunt:

Ipsum scilicet Aurum esse, cui Arbor seu Virtus vitæ fuerit implanata, & hoc ipso (nisi cum DE I, cui melito natura cedit, voluntate pugnaret)

ENWV

in low adura or minime fore, perfectam hominibus immortalitatem conciliare, vel ad minimum prohibere, ne ante prædestinatum vitæ terminum ulla infirmitate, vel ætatis imbecillitate in deterius laberentur; multo minus facultate hac Arboris vitæ utendi à Deo ullo modo interdictum.

imili

abire

iftori

men

confi

regeta

rem

penfi

Qvo ex argumento porro satis probabile est, non minus ac aliæ Mumiæ, primum etiam Ens sive Sperma Auri (corpore nempe ipsius in suumSperma per Artem Spagyricam antea reducto) in vegetabilem quendam fructu transplantari posse; cujus energia posteafructus primi Entis solaris vim ac facultatem, arq; adeò philosophice loquendo, ipsam virtutem Arboris vitæ naturalis penitus imbibant & assequatur. Ad quam considerationem satis fundamenti in Natura habentem, non tam antes de uso habendum: Metallaetiam.

tiam vegetabilium duntaxat administratione & interventu, puta Florum & similium transmutationem variam. subire. Pro qua sententia etiam haut parum munimenti certissima qvædam historia confert: Qvod aliqvando Cuidam Aërario fortuito flosculi cujusdam gvem ruri decersperat, illapsu inahenum seu foveam contigerit, integram æris fusuram absq; ullo recremento in purum putum Aurum fuisse mutatam; qvo etiam inopinato casu perterritus ipse Faber (sigvidem ab initio factum Aurum non agnovit) in Fuforem non leviter, ac si rem male tradasset invectus fuerit. Quamvis enim ad vulgarem Naturæ cursum non satis constet, quomodo mediante duntaxat vegetabili corpore metalla transmutentur, nihilominus ubi qvis secretiorem Transplantationis vim ac viam pensiculatius considerabit, omni 7/15 diavolas

174. PARS SECUNDA

Quemadmodum enim uva non qviale dem ex se & propria sua natura ulla disma Theriacæ vel Viperæ proprietate prædicta; attamen præsidio transplantationis, de qvo supra, mixtam cras in adimetal piscitur, adeoq; omnium omninò qvalitatum Theriacæ & viperæ particeps plantatione se ditur. Ita planè cum prædicta etiam na a adsertione se undiquag; res habet.

Flos quide in vegetabilis suo in gremio non obtinet, metallis ullam mutationis substantialis occasionem adferendi; verum Tinctura Spermatica metallari in slorem ad habitam antenaturalem dispositionem transplantata, cum q; vegetabili natura (vegetabilia namq; & mineralia toto adecente non differunt, qvin potentia lem cognationem inter se habeant & symbolorum occulta qvadam affectione conspirent) in unum up scauevos

redact

edacta plane possibile est, Florem ilum Essentiam Solis influxam calitus, iliis metallis communicare, itidem q; lla solide transmutare, non quod hoc iat, à natura vegetabili, uti dictum, sed netallice, natura scilicet metalli in regetabilem florem desuper transolantatà. Et sanè eâdem veritatis trutinà æstimandum, qvod omnium aliocum metallorum & mineralium D. 07. Z. Q. F. Q. O escentias in Arborem, florem vel stirpem quandam trasplanare, earundemq; virtutes, mediante tai corpore vegetabili, contra quam plurimos hominis, quorum scilicet infinitos habet, morbos administrare liceat.

Id qvod mehercle reconditarum Artium & Actuum prudentiæ vere philosophicæ haud minimű est, qvodq; Theatri Naturæ parum perspecti, ineres illi,nati ex hujus seculi fætore, ut-

Bachus

Bacch' è Jovis fæmore, summis inanitatibus annumerent, nunquam credentes Florem chelidoniæ, Hirundinariam, Gamandræam, qvibus natura vel arte Sperma metallicum impressum, tantas duváuses habere, vel tâm graves morbos profligare posse. Illi verò naturam ipsam observent, qvo modo scilicet una in variis & in unis sæpè mirè varia atquadeò vegetativa in metallis, metallica in vegetativis & animatis & vice versa, qvæ cum in Tractatu nostro de Peste satis demonstrata hoc in loco (None. nim declamatores sumus, sed philosophi) prosixius non commemorabimus.

Advertant hic ad ea, quæ peltem curant & abigunt morbu profectò prorfus minerale n ex resolutione Yliadi arsenicali oriundam. Huic vulgaria remedia ex vegetabiliu familia quomodo quicquam derogaret, cum unicuiq; morbo, prout causam habet, ita etiam

curam

cut

inte

qva

ritu

dan

non

ral

Ha

Ch

dem

dum

jung

100

121

tus

Sva

ima

. פעיעום

tent

ejùs

2014

curam analogice expetat? nisi contrà interveniente cælestium seminum, tanqvam Mumiæ vel sympathicæ verèSpiritualis cooperatione, magnetica qvædam Mumialisve impressio, sive Astronomica transplantatio ipsis vel naturaliter vel artificialiter cobinata esset. Hac sine pleraq; illa vix nobiliorem operationis suæ titulu mererentur, qvam Characteres & signacula, qvorum qvidem per se nulla, at quatenus iis secundum Artem (Adeptam)influentia conjungitur plurima esticatia est; Qvam conjunctionem si negas vulgari Naturæ rythmo deceptus,ea tamen vel invitus concesseris, que cum mente cum Svadentis tum utentis (Mundi Regina) imaginatione & fidem in nobis, adeoq; eunateux erga Spiritus stellares conferente perspicue intercedit. Naturalis ejus generis transplantatio in pesteGamandrææ contingit, qvæ mirabilis inipfa

ipsa sub eo præsertim climate, in que crescit. Similis cælestium Transplantatio etiam in persicaria apparet, qvæ no solum per vires attractivas naturales, sed etiam per influenciam, omnia vulnera & ulcera, dolores dentium & similes affectus ex subtilibus salis fluxionibus persanat, de quo Theophrastus in libro de persicaria. Artificial cer ab eadem virtute Mumiali sympathica ut opinor, proficiscitur, vis sanatoria Radicum Cichorii, qvod hora & die Veneris, Leone solem tenete effossarum, esu duntaxat vulnera absq; symptomatibus ad sanationem perducant. Cui simile, qvid paucis ab hinc annis inter Magnates quoq; innotuit, de Ligno Fraxini, qvod referente Schedula à no. bili amico accepta a puero novennali, versus Orientem in taleolas desecandu, sectioneq; peracta, verbis qvibusdam. whildevovendum, ad dolores quoschiq; arthrif

gram, vuinci gvinis & con

atthr

gulto meni collec

canta foran

ipian evulsa onem

Plants

picz.

qvad feng

rans i

fymp

rthriticos, podagram nempe chciragram, gonagram, dentium, nec non ad vulnera illic solo attritu, hic vero sangvinis duntaxat imbuitione, sanadum ales, & compescendum. Qvis dubitet de virgulto Sambuci super salicem crescetis, mense octobri, paulo ante Noviluniumioni- collecto, inq; novem taleolas inciso, dewin cantatissimo ad Epilepsiam remedio; de févamvis Abbas quidam de radice in aut ipsameridie D. Joh. Baptistæ deorsum. a Ra- evulsa, pro Amuleto idem referat)rati-Vene onem ejus maxime à Mumiali Transnell plantatione, nimirum per excrement mati. picæ, verum ejustem Mumiæ Magnetem, facultate antepileptica, Spiritualis Cm fiqvadam Tympathia, mediante semine inter seu granis Sambuci antea à pica devo-Ligno ratis in ipsum Sambucum transplantaà 110. ta, expetendam elle? nnali, candú,

Annon Mumia dicta Spiritualis sympathica artificio evidenti adjuva-

(dam

oschq

rthru

buschilde

BUSC

coni

DOD

20at

nena

Wali

trac

Atv

infl

rit,p

fubi

chi a

mili

han

eft, v

caci

tur

cent

Catu

mur

tur in vero Paracelsi Zenechdo contra pestem? Qvamvis enimidipsum, cum ex Arsenico principaliter coponatur, occultam quandam similitudinem habeat, cum veneno pestifero. Sicut enim Magnes Spiritum Ferri in se habet, qvi ferrum tanqvam sui simile impense rapit; ita qvoq; hoc Diazenech ad venenum Microcosmi pestiferum, qvia Spiritum pestisactivum obtinet; tamen syderea ejus copositio, inq; certas signaturas efformatio, sub capite Draconis & signo Scorpionis, qvod Sol & Luna, vel alteruter horum tenuerit, tatam virium ejus aciem instruit, ut & in peste Astrali, arsenicales cæli infusiones, ex ejus singulariter in ista media inclinativa virtute (de quo passim inprimis de vita longa, de cælesti med. de persicaria &c.) longe felicius excutiantur. Id qvodExperientia & viva demonstra. tione callent, qvi à peste & venenis qvibuscunq;

buscunq; aliis pestiferis ejus benesicio conservati suerunt, e veram ejus componendi rationem norunt. Sic lapis Bezoar vim quidem ab initio contra venenæ accepit à Jove, sed non usq; adeò validam, ut eandem & aliis materiis tradere possit exercendam.

At verò quam primum sub Scorpionis influxu figuram superni illius acceperit, perfectam contra Scorpiones vim subitò reportare putatur, quam Massichi aut Thuri communicare valeat. Simili modò pæonia, indicante non solum ejus virtute, sed& nomine, phæbea est, idq; per se; si verò dominante Sole ejus utendi rationem ineas longè esti-caciorem experieris.

Qvo nomine quantopere prædicatur Annulus Martialis ille, partibus decentibus vel gestatus tantum vel assricatus ad dolores dentium, capitis, Spasmum, Qvartanam, Epilepsiam Vertigi-

13

nem

nstrais qvicunqi-

itta

III.

tur,

ha-

nim

i,qvi

era-

ene-

Spi-

nen

s fig-

aco-

Lile

atam

npe-

ones,

ncli.

rimis

perli-

اللال

nem, Apoplexiam pestem, & alia præservanda & demulcenda? Cujus propterea inventorem Fratrem scilicer.
Ordinis D. Augustini Magnus Hetruriæ Dux de non aliis vendendo privilegio ad aliqvot annos donasse dicitur;
Cum tamen is ipse ex uno clavorumduntaxat, (propterea aliqvatisper longiusculo, ut ungulæ incussus satis promineat) qvo Eqvo ferramenta assiguntur, ea parte qva Ungulam penetrat inhora Martis in ea sigura fabricetur, utad qvemlibet digitum jam constringi
& angustari, jam amplisicari possit.

Eqvidé Theriaca communiter præparata, ut res sub Luna qualescuq; stellaressunt, ita & ipsa potissimu solarisq;
est, quo nomine etiam contra venena.
& sluxus Epidemiales quoscunq; laudatissimos usus habet; Sed multo laudabilior foret, si insuper opportunum,
observatione cælestium tempus elige-

retur,

setu

cepta

culta

Prol

Mar

Thu

Natu

enti

optil

dicis

iplo is

pis eg

icetin

diutio

biticor

fimus i

Transp

emur :

magis II

onfine

190 15

retur, dum componitur eoq; velut susceptaculo sympathica superiorum fa. ultas ipsi excipiatur. De qvibus abude Ptolomæus, Theophrastus. Albertus M. Marsilius Ficinus Rogerius Bacho, Thurnheuserus Crollius &c. arcanoru Vatura, uberrima pralucente Experion ntia scrutatores vere dexterrimi & pro primi

leim,

Qvamvis non desint, in his qvi Meicis parum laborandum censeant,eo oso ignaviæ Numen pro Elysis camingi is egregie ipsis ostendendo, cujus scicet in sinu (stulte) beati, haut tamen jutifis qu'am donec æger fores pulsale it, conqviescant. Sed ne nimis prolixi mus in re satis manifesta, jam relicta. ransplantatione naturali, pedes hormur ad Transplantationem illam agis mystica priori tamen maxime infinem: Qvomodo scilicet DEUS elige ropt. Max.naturalem Arborem vitæ in hortoin horto Paradisi stante, Adami in massam transplantari; postea verò Christum veram & mysticam Vitæ Arboré, in ejus iplius Ligno suspendi & pati, & sie mortuum Adamum, eum q; ipso totum genus humanum in vitam resuscitari, eiq; æqviparari voluerit. Mirabilis certe Deus in omnibus operibus suis, id qvod maxime è statu corruptionis & reparationis ipsie Adami cernitur. Quéadmodum enim is ipseAda per tragressionem in Arbore scientiæ boni & mali commissam malitia Diaboli & Serpentis organo mortem, aternam damnationem & omnis generis cruciat' fibi attraxit; Sic etiam per Arborem vitæ & vitam ipsam Christum seiliget? morte & æternis pænis redemtus, & ir hu vitam æternam receptusest.

Verisimile namq; est, qvod Sibylla qvædam de Christo magice vaticinan do scripsit: Adamu nempe jam lethali

ter

er decübentem summo appetitu desierasse virgultu de Arbore vitæ paradiaca; ac propterea ad eum inde exporindum unum Filiorum suorum ed
ississe, ut à morte ingruente conservaetur; Qvem etiam Filius Angeli minierio acceperit, patre Adamo interimitam cum morte commutante; Filiuleoq; Ramusculum acceptu Sepulcro
arentis implantasse; ex qvo hausto paulo in Arborem excreverit, adeoq; tom naturam Adami in se, ceu nutrimeim attraxerit.

Jam porrò qvidam vetustissimoru octorum in orientali Terra paucis à iso Christo annis Ecclesia Episcopus, ter alia veneranda mysteria & hoc de git: Noæ à Deo mandatum fuisse, ut cum ossa Adami & Arborem in ipsi pulcro germinantem in arcam transrre, nec non sarta tectaq; ceu originé imani generis servare cogitares, idq;
Sum-

Summa cum observantia à, Noa itafactum. Ideo Noam deinde cum tres suos Filios in tres Orbis partes mitteret, ofsaprædista fuisse tripartitum, & unam. partem inferiorum scilicer membroru corporis, crura & pedes, natu minimo; alteram,scilicet thoracem & brachia, medio; tertiam verò & superiorem, puta Cranium & Caput, primogenito omnium sibi clarissimo co nomine serio devovisse, tangva κειμηλια illa saera religiose custodienda, nec non eis diwas cru radicem humani generis mente devota conservanda, Postavam verô primogenitus in plagam Orientalem circa Hierosolymam se contulerit, ibi in monte Calvariæ ipsum Caput defodisse, & proinde montem illu Calvariæ locum denominatum, ab Adami scilicet Calvaria ed loci defossa & in humata, ut & proinde ab Evangelistis locus Calvaria, in singulari dicatur, no in plus cord

in pla nfo

risi fer de

Ca

ere. tes

illa vifi

jun fect

fun office

Isp fub

imo

fet; 1 toris

avau

in plurali) Dein Arborem illam Transplantationis Adamicæ per tot seculausq; ad tempus passionis Christi in terrisillis miranda Dei providentia conservatam, pro Ligno Crucis Christi itidem assumtam, nec non supra prædicta Calvariam Adami præcise collocatam erectamg; fuise; ita ut, rem pensiculatè eruendo, totus quasi Adam in & sub illa Arbore in se recollectus, cumq; vivifica ipfius natura mirabili nexu conjunctus & consociatus fuerit. Qvæ profecto omnia quam credibilia jucudaq; funt, profundius fingula scrutanti, tam efficacia & viva consolatione plena. Is namq, qvi mortem meritus est, in & sub cruce præsto est; qvi vitam reparat, imo ipsissima Vita in cruce affixus hæret; pulcerrima vitæ & mortis, Salva. toris Christi, δεανθεώπε και πανίαχως αναμας/ή/8 & hominis peccatoris cote, Christus

lent

apul

dami

te, Christus cum Adamo redeunt, uniunturq;, non sine vivisici & saluberrimi
sangvinis, tanqva roris cælestis ad magis sæcundanda illa uberrima superinfusione. Ut ita prædictus Adam cum omnibus suis posteris de fructu transplatati hujus Ligni comedentibus, revera
etiam in Christum transplantatus, cælesti qvoeda magnetissimo seu sympathia in ipsum subinde pertrahantur, in
vitam immutentur, æternæq; hæreditatis socii beate siant.

Amoris gratia Deo Triuno in cœlis & terris summe mirisico, sit laus, honor & benedictio in.

æternum.

FINIS.

Mile um o nsplá reveni rmpa tur, in tedita diz dicelisa ho-

